

In Tridentino sess. 24. c. 6. de reform. dispē-  
sandi in omnibus casibus deponentibus  
ex delicto occulto; possit ab ea cēsurā, &  
peccato ibi referuatis absolui ab eo, qui a-  
lias poterat, ea referuatione non existentē?  
Et videtur non posse. Quia iam peccatū,  
& censura referuata Pontifici incurfa erāt:  
nec Clementis VIII. constitutio ad iam  
incurfa extenditur. Nam dum reuocauit  
motum proprium Sixti V. non explicuit  
se reuocare quoad præterita. Nec constitutio  
noua ad præterita extenditur; sed sola  
futura respicit, nisi in ea aliud exprimitur.  
Vt deciditur cap. 2. de constitut. Et con-  
firmatur, quia mos est Pontificum volen-  
tium per suas constitutiones reuocatorias  
auferrī penas incurfas, id exprimere. Vt  
clement. vnica, de immū. Eccles. ibi, *Et  
quidquid ex eis sequitur est, vel ob eas, peni-  
tas reuocamus.* Et extrauag. 1. inter com-  
munes. §. nos itaq; de schismaticis, ibi. *Ita  
quod nec etiam pro præterito tempore possint  
super eis aliqua persona impetrare, que incurris-  
sent eas.* Et extrauag. vnica Ioannis XII.  
de torneam. in fine. Et nouissimē Gregor.  
XIII. reuocans penas à Sixto V. statutas  
contra procurantes abortum, id etiā expli-

cuit, ibi. *At terminos iuris cōmunis, ac sacro-  
rū canonū, & Cœlii Tridentini dispositionē, itā  
quoad præterita, quā quoad futura perpetuū  
reducimus.*

Ceterū dicendū est penitus cessasse re-  
seruationē. Quia referuatio nō se habet ad  
modū pœnæ ipso iure incurfæ, sed tantū est  
negatio facultatis cōfessorī, aut cuiuscūq; in  
seniori absoluedi reū illū, ac proinde est  
velut pœna tūc infligenda remittēdo illū,  
vt obtineat absolutiōnē à superiori. Si er-  
go eo tēpore reuocata sit cōstitutio refer-  
uatis, cessabit referuatio. Sicut si quis emi-  
teret votū castitatis, quod nūc est Pōstifici  
referuati, possit ab Episcopo dispensationē  
obtinere, eō ipso q̄ Pōstificus eius voti refer-  
uationē auferet. Et confirmatur, quia delin-  
quens ante constitutionis reuocationē nō  
punitur legis postea reuocata pœna, si nō  
imposita sit ipso iure. Vt docet Dominic.  
c. fin. n. 9. de elect. in. 6. Felin. c. fin. n. 14.  
de constit. Nec obstant in contrarium ad-  
ducta. Quia id non est constitutum ex-  
tēdi ad præterita. Cū ea pœna potius sit  
in posterum imponenda. Nec obstat Ponti-  
fices id aliquando explicuisse. Quod id ma-  
ioris claritatis gratia fecerint.

## DE IMPEDIMENTO COGNATIO- nis carnalis.

### DISPUTATIO QUINQUAGESIMA.

Quid sint consanguinitas, linea, & gradus, stipes: & qualiter consan-  
guinitatis gradus computentur?

#### SUMMARY.

Explicatur consanguinitatis definitio. n. 1.  
Quid sint gradus, linea, & quatuorplex hæc  
stipes. n. 2.  
Quid sit stipes? n. 3.  
Traditur triplex regula ad computandos gra-  
dus consanguinitatis, attento iure canoni-  
co. n. 4. §. 6.  
Proponitur regula computandi attento iure ci-  
uili. n. 7.  
Quibus in rebus diuersa hæc computationes ser-  
uandæ sint. n. 8.

Ceterū de consanguinitatis impe-  
dimento, prius in præfenti dis-  
putatione discutimus eius de-  
finitionem, ac graduum com-  
putationem. Deinde in sequentibus age-

mus de consanguinitatis gradibus, qui iure  
naturali matrimonium dirimunt. Demum  
de illis, qui iure Ecclesiastico. De dispensa-  
tione autem in illis est latē habendus ser-  
mo in toto libro sequenti. Et incipien-  
do ab ipsa nominis etymologia: consan-  
guinitas dicitur quasi sanguinis vntas: con-  
sanguinei enim ab eodem sanguine ori-  
ginem trahunt: & menstruum mulieris,  
ex quo generatio fit, immēdiatē ex san-  
guine efficitur. Est autem consanguinitas  
vinculum personarum ab eodem stipite  
descendentium, carnali propagatione con-  
tractum. Ita definitur à D. Thoma. 4. d.  
40. quæst. vnica, artic. 1. & communiter  
à Theologis, & Iurisperitis: quauis à  
nonnullis impugnetur. At eorum impug-

nationib<sup>9</sup> satisfiet ex eius definitionis de-  
claratione. Dicitur ergo vinculum, quod  
consanguinei maiori affectu, & necessitu-  
dine inter se coniungantur: & sic consan-  
guinitas est formaliter ipsa coniunctio in  
communicatione eiusdem sanguinis funda-  
ta. Neminem enim latet specialit quod à vin-  
culo colligari sanguine coniunctos. Quod  
nō obscure significauit Cicero lib. 1. de Of-  
ficijs, dicens sanguinis coniunctione, & be-  
neuolētia deuinciri charitate homines. At  
omne vinculū inter homines est vinculū  
amicitiæ fundatum in aliqua communica-  
tione: ex Arist. 8. Ethic. cap. 12. Quare  
cū vinculum consanguinitatis fundetur  
in naturali eiusdem sanguinis communica-  
tione, qui eo inter se connectuntur, dicitur  
consanguinei. Traditur autem hæc de-  
finitio per vinculum, non quod sit forma-  
liter vinculum: sed vinculum secundum  
diuersas acceptiones, aut est causa, aut ef-  
fectus consanguinitatis. Si enim vsurpetur  
vinculum pro iure ipso amicitiae, tunc  
consanguinitas est causa vinculi: si verō  
pro sanguine ipso, tunc vinculum est cau-  
sa consanguinitatis. Et ita conciliantur  
Ricardus 4. d. 40. art. 1. quæst. 1. Et So-  
tus ibi quæst. 1. artic. 1. Ille enim existimat  
consanguinitatem esse vinculi causam: hic  
autem e contrā esse illius effectum. Dicitur  
autem vinculum personarum. Quia bruta  
ab eodem stipite procedentia non dicitur  
consanguinitate coniuncta: (vt bene  
docet D. Thom. 4. d. 40. q. vnica, ar. 1. ad  
5.) eō quod non coniungitur ad amicitiae  
vntatē propter propagationem multorum  
ex vno parente proximo. Dicitur ab eodē  
stipite, nec additum est propinquo. Qua-  
re aduersus eam definitionem insurgunt  
Baldus 4. d. 40. q. 1. artic. 1. Et Couar. 4. de-  
cret. 2. p. cap. 6. §. 6. tit. 1. & 3. eam redar-  
gentes quod diminuta sit, ea particula  
non expressa. Ex ea enim vniuersos homi-  
nes consanguineos esse colligitur, vt pote-  
riat ab eodem Adamo descendunt. Sed be-  
nē D. Th. 4. d. 40. q. vnica, ar. 1. ad 1. rem  
hanc explicat: nec fuit opus eam parti-  
culam explicare. Quia eō ipso quod men-  
tio fit in definitione de stipite, intelligitur  
idē ita propinquo, vt virtus eius in descen-  
dentibus perseueret. Quauis enim virtus  
primi parentis Adami perseueret in omni-  
bus descendentibus secundum similitudi-  
nem specificam: at non perseuerat secun-  
dū similitudinem indiuiduam, iuxta quam  
patris, & parentes assimulant sibi prolem

quæ eorum imaginem, cōplexionisque, ac  
morū effigiem refert. Nam virtus paternā  
non secundum totam suam perfectionem  
descendit in filium, sed imperfectius, & eō  
debilius, ac imperfectior est, quō in plu-  
res generationes deriuatur: ac tandem in  
tot protendi potest, vt omnino debilitetur:  
& sic cōsanguinitatis ratio deficiat. Vt  
author est D. Hieronymus lib. 1. 1. Etymolog.  
c. 6. & refertur. c. consanguinitas. 35. q. 4.  
Redarguit similiter eandem definitionem  
Covar. eodem num. 1. & 3. quia deficiat.  
Vel quorū vnus ab alio descendit: qua parte  
non addita sequeretur, Adamum, &  
Cain eius filium, non esse consanguineos.  
Quod à nullo communi stipite originem  
trahant. Ceterum quauis ad rationem  
consanguinitatis satis sit, vnum ab altero  
descendere, licet à nullo communi sti-  
pite procedere: ac ob eam rationem vera  
consanguinitas saluetur inter Adamum,  
& Cain: non fuit tamen opus eam par-  
tem in definitione addere: quod res illa  
singularis sit: in omnibus enim alijs, præ-  
ter primos parentes, & eius filios, reperitur  
eos à communi stipite procedere. Vt  
pater & filius procedunt ab auro: auus &  
nepos à proauo. Dicitur tandem in defini-  
tione, Carnali propagatione contractū,  
vt sic inter Angelos excludatur consan-  
guinitas: quauis enim ab eodem Deo  
immediatē processerint, at non per carna-  
lem propagationem. Similiter: etiam Eva  
minime fuit Adamo consanguinea, ex cuius  
osse formata est. Quia nō fuit per carna-  
le propagationem. At verē, ac propriē est  
cōsanguinitas inter Christum, Dominum,  
& Virginem beatissimam eius matrem. Quia  
administravit conceptioni Christi totum  
illud materiam, quod verē matres natura-  
les administrant. Quia ratione docet D.  
Tho. 3. p. q. 33. ar. 4. corpore, generationē  
Christi ex parte materiam per matrem mi-  
nistratæ fuisse omnino naturalem. *Quid  
Distinguitur autem consanguinitas per  
lineas, & gradus. Dicitur verō linea Ordina-  
ta collectio personarum ab vno stipite des-  
cendentium diuerso sic continens gradus: seu  
potius ipsæ met personæ cōsanguineæ col-  
lectiue sumptæ. Vt aceruus lapidū dicitur  
ipsi met lapides in vnū coacti. Dicitur que  
similitudo à linea Mathematica: in qua plu-  
ra ordinatim cōtinētur puncta. Gradus est  
habituus, seu mēsurā distantia personarū,  
qua cognoscitur quora cōsanguinitatis di-  
stantia aliqui cōsanguinei coniungantur.*



Et sunt gradus ad similitudinem graduum  
scate, per quos à proximo in proximum  
tendimus sursum ascendenti, aut deorsum  
descendenti. Iurisconsultus, vers. gradus,  
ff. de gradibus. Rufus, linea consanguini-  
tatis est triplex, quaedam ascendenti, in  
qua continentur personæ, à quibus origo  
deducitur, vt pater, auus, proauus, & auus;  
alia descendenti, que claudit personas  
originem ab eo stirpe trahentes, vt filios,  
nepotes, pronepotes, trinepotes: & hæc du-  
plex linea est re ipsa eadem. Nam eodẽ gra-  
du ascenditur, & descenditur in scala, di-  
stinguitur autem ratione. Quia quatenus  
per illam ascenditur ad stirpes, dicitur ascen-  
denti; quatenus autem descenditur  
ad sobolem à stirpe procedentem, dicitur  
descendenti. Et hæc appellatur linea rec-  
ta. Quod contineat directos gradus, per  
quos ad progenitores ascenditur, & ad  
prægenitos descenditur: & ad neu-  
trum latas descendit. Tandem est alia li-  
nea collateralis, seu transversa, in qua con-  
tinentur personæ, quæ ex latere, & ex  
transuerso iunctæ sunt, à quibus nos non  
ducimus originem, nec ipsæ à nobis: & ta-  
men ab eodem stirpe & sanguine descen-  
dimus. Vt fratres, & eorum filij, patruus,  
amita. Hæc autem transversa linea est du-  
plex, quædam æqualis, nimirum, in qua  
continentur gradus consanguineorum æquæ  
à stirpe distantium. Vt sunt duo fratres,  
aut duorum fratrum filij. Alia verò in-  
æqualis, nempe, quando consanguinei trans-  
uersi, seu collaterales, distant inæquali-  
ter à communi stirpe, in quo vniuntur.  
Vt contingit in patruo, & amita respectu  
consobrini, distat enim consobrini ab il-  
lis in secundo gradu dispari. Quod pa-  
truus, & amita distat à communi stirpe,  
nempe ab auo consobrini, in quo proxi-  
mè vniuntur, in solo primo gradu: vt pote  
qui eius filij sunt. At consobrini distat  
ab auo in secundo gradu, tanquam eius ne-  
pos. Tandem diuidi solet linea in mater-  
nam, cuius scilicet est caput mater, & in  
paternam, cuius caput est pater. Sed di-  
stinctio hæc minimè deseruit matrimo-  
nio.

3 Stipes est persona illa, à qua omnes per-  
sonæ, de quarum coniunctione tractatur,  
descendunt, & originem ducunt. Quan-  
vis enim iuxta D. Iudorũ relatum cap. se-  
rius, 33. q. 5. sit truncus, seu stipites hu-  
ius arboris consanguinitatis non sit primus  
patris, à quo alij descendunt, sed prima

eius generatio, nempe, filij ipsius: æ-  
tam diu Ecclesia recepit primum paren-  
tem, à quo procedunt omnes, de quorum  
consanguinitate tractatur, esse truncum,  
seu stipitem. Vt constat ex cap. ad sedem,  
quod est Alexandri II. & ex c. parente, quod  
est Zachariæ Pontificis, 33. q. 5.

Triplex autem solet assignari regula ad  
cõputandos consanguinitatis gradus. Et tra-  
ditur à D. Tho. 4. d. 40. vnica, ar. 2. quæ vni-  
uersi Theologi sequuntur: & à glossa, tit.  
de consanguin. & affin. in fine, & 35. q. 5.  
in expositione arboris consanguinitatis.  
Quas glossas vniuersi iuris vtriusq; inter-  
pretes recipiunt. Prima traditur pro linea  
recta, duæ alie pro transversa. Prima regu-  
la est, quando persona, cuius gradus quaer-  
ritur, est in linea recta ascendenti, vel  
descendenti, cum alia sit inter ipsam, &  
alteram personam nulla persona mediæ,  
sunt illæ in primo consanguinitatis gradu  
lineæ rectæ. Vt sunt patres, & filij. Si ve-  
rò inter ipsas aliqua persona, aut multiplex  
mediæ, tunc numeratis omnibus perso-  
nis, medijs, & extremis, dematur de nome-  
ro illo vna persona, & quor personæ re-  
stant, tot sunt gradus. Verbi gratia, nepos  
distat ab auo in secundo gradu lineæ rectæ.  
Quia sunt duæ personæ extremae, nimirum,  
nepos, & auus, & vna mediæ inter ipsas, ne-  
pe, pater nepotis, & ita dempta vna manet  
duæ, & sic duo gradus. Et proauus distat  
à pronepote, vulgo, bisabuelo del bisnie-  
ro, in tertio gradu. Quia sunt duæ perso-  
næ extremae, nempe, abauus, & prone-  
pos: & duæ mediæ, nimirum, pater, &  
auus pronepotis, sublata ergo vna ex his  
quatuor, manent tres, & subinde distat  
in tribus gradibus. Ratio autè huius regu-  
læ est, quia pater secundum se nõ constituit  
gradum, sed in ordine ad illum, qui ab ipso  
descendit: ergo pater cum filio ab ipso de-  
scendenti constituit primum gradum, & præ-  
terea à ipse filius cum altero filio, qui ab ipso  
mer procedit, constituit alterum gradum. Itã igitur  
inter has tres personas, videlicet autè,  
patrem, & nepotem, dantur duo tantum gra-  
dus. Et consequenter tot sunt in hac li-  
nea computandi gradus, quot sunt perso-  
næ iunctim procedentes, vna dempta. Vn-  
de dum D. Iudorus relatus cap. primo gra-  
du, 33. q. 5. ait in primo gradu superioris li-  
næ contineri patrem, & matrem: &  
in primo inferioris filios, non sentit so-  
los parentes constituit vnum gradum,  
& filios alium, ac proinde distat inter

se in secundo gradu. Quod est contra pro-  
rem regulè tradita partem, & contra ve-  
ritatem ipsam. Sed mens eius est, parentes  
constituere extremum superius primi gra-  
dus, filios autem extremum inferius eius-  
dem gradus. Hic enim ex duobus extre-  
mis constare debet. Et ita intelligit Sotus  
4. d. 40. q. vnica, ar. 2. col. 2. vers. gradus  
verò. Et satis probatur ex l. 1. §. 1. ff. de  
gradibus: & §. primo gradu, in lit. eod-  
dem tit.

Secunda regula sit pro linea transversa  
æquali. Quando personæ, quarum gradus  
quaeruntur, sunt in linea transversa æqua-  
li, eodem gradu distat inter se, quo distat  
à communi vtriusq; stirpe proximo. Vt duo  
fratres distat inter se in primo gradu, quia  
in eo distat à proximo stirpe, in quo con-  
iunguntur, qui est parens. Filij duorum fra-  
trum sunt consanguinei in secundo gradu,  
quia in eodem coniunguntur in communi  
vtriusq; stirpe proximo, qui est auus. Ra-  
tio autem est, quia cum tota, & æquata  
coniunctionis horum ratio sit vnio cum  
stirpe, iure optimo computantur gradus  
penes distantiam ab illo: nec magis, aut mi-  
nus possunt inter se distare, quàm à stirpe.  
Et ita regula hæc traditur, cad sedè, quod  
est Alexandri II. & c. parentela, quod est  
Zachariæ Pontificis, 33. q. 5. Quod si obij-  
cias, filium coniũctiorem esse parentibus,  
quàm fratrem. Ergo ineptè in eodem gradu  
computantur. Dic coniũctiorem esse pa-  
rentibus in tenentia perfectione propinqui-  
tatis: perfectior enim est propinquitas fi-  
lij ad parentes, cum sit effectus ad causam:  
quàm fratris ad fratrem: cum sit propin-  
quitas effectuum ab eadem causa proma-  
nantium. Non autem est propinquior pa-  
rentibus extrinsecus. Hęc enim propinquitas  
extensua solum attenditur penes distan-  
tiam ab eodem stirpe: at non magis distat  
fratres inter se, quàm à parentibus.

6 Tertia regula pro linea transversa in-  
æquali est. Quoties personæ in linea tran-  
sversa consanguineæ distat inæqualiter à  
communi stirpe, eo gradu distat inter se,  
quo remotior distat à stirpe. Vt patruus,  
& filius ex fratre, distat inæqualiter ab  
auo, in quo vniuntur, ille enim distat in  
primo gradu, est enim eius filius: hic verò  
distat in secundo, vt pote qui est eius ne-  
pos: distabunt igitur inter se in secundo  
consanguinitatis gradu. Hęc traditur ex  
prese. c. finali, de consanguin. Et ratio est  
eã non attendatur gradus penes distantiã

propinquois, sed remotioris à stirpe.  
Quia cũ ad quatuor ratio propinquitatis, aut  
distantiæ collateralium inter se, sumatur per  
ordinem ad proximum stirpem, in quo v-  
niuntur, implicat coniũctiores esse inter  
se, quàm cũ stirpe. At si propinquois ha-  
benda esset ratio ad hanc consanguinitatis  
computationem, collateralis distans in se-  
cundo, aut tertio gradu, à stirpe, esset  
coniũctior cum collateralis distans in pri-  
mo gradu, quàm cum ipso stirpe. Cum il-  
lo enim esset in primo gradu, cum hoc au-  
tem in secundo, vel tertio. Adde etiam, sic  
computatione facti penes distantiam propin-  
quois, fore vt minimè possent gra-  
dus commode distingui. Nam quando al-  
ter esset in primo gradu cum stirpe, alter  
verò in quarto, essent coniũcti inter se in  
primo gradu, atq; ita equè ac fratres. Qua-  
re graduum confusio non immodica inde  
conferretur.

7 Obseruandum tamen est in hac graduũ  
computatione in linea recta concordare  
ius canonicum cum ciuili: ac proinde pri-  
mam regulam iuris vtriusq; computatio-  
ni deservire: ac disidere in computatio-  
ne gradum in linea transversa: ius enim  
canonicum eos computat modo tradito in  
duabus posterioribus regulis: ius ciuile  
longè aliter computat. Non enim nu-  
merat gradum, in quo altera persona di-  
stet à stirpe, vt facit ius canonicum, sed  
numerat gradus omnes vtriusque personæ:  
& tot constituit gradus distantiam inter il-  
las, quot habent distantiam à stirpe, nu-  
meratis vtriusque personæ gradibus. Ver-  
bi gratia, Duo fratres distat à communi  
parente in primo gradu, numeratis ciuile  
gradum primum, quo vterq; distat à pa-  
rente, tanquam duplicem; alterum in vno  
fratre, & alterum in altero: & ita iure ciuili  
distat inter se in secundo gradu. Simili-  
ter filij duorum fratrum distat in quarto  
gradu: quia quilibet distat à stirpe in  
secundo gradu. Patruus, & consobrini di-  
stent in tertio gradu. Quia ille distat à sti-  
pite in primo: hic autem in secundo: ac  
subinde triplex constituitur gradus. Qua-  
re breuiter pro computatione graduum  
in linea transversa, attento iure ciuili,  
hęc sit regula. Si linea est æqualis, quo-  
to gradu quis distat à communi stirpe,  
toto duplicato distat inter se: si ve-  
rò linea sit inæqualis, quot sunt per-  
sonæ, computatis extremis, & medijs,  
stirpe dempto, tot sunt gradus. Vt duo



fratres iure canonico distant inter se in linea equali in primo gradu, iure civili distant in duplici gradu. Patruus & filius ex fratre distant in tertio gradu: quia sunt duae personae extremae, & una mediat inter eorum neminem stirpem, nempe auum, videlicet pater illius cosobriini. Ita colligitur ex authentico de hered. ab intest. venient. collatione. 9. & habetur. c. ad sedem. 35. q. 5. ubi ea diversitatis huius ratio traditur. Quod leges numerant gradus, ut hereditas ab una persona ad alteram deferatur: & ideo in singulari personis singulos perficiunt gradus. At ius canonicum computat gradus propter matrimonium: & quia haec non possunt nisi inter duas personas consistere, idcirco duas personas in uno gradu constituit.

Id demum obseruandum est, computationem graduum iuris canonici seruanda esse quoad matrimonium. Quia circa haec ius

ciuile disponere nequit. At quoad successiones seruanda esse iuris ciuilibus computatione: cuius est de his disponere. Sic Paludan. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. concl. 3. n. 20. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 14. §. 2. concl. 3. Alex. de Neuo. c. fin. n. 5. de consig. Lex. 3. tit. 6. p. 4. Ang. verb. matrimonii, impedimento. 6. initio. Armil. verb. matrimonium. n. 2. 2. 2. ubi a verb. impedimento, impedimento. 3. n. 2. q. 1. sine. Carrer. lib. 2. de sponsal. c. 3. ad finem. Et multos alios referens Couar. 4. de cre. 2. p. c. 6. §. 6. n. 8. Ludouic. Lop. 2. p. instrum. & ubi de matrim. c. 49. ubi de impedimento consanguinitatis, notabili. 4. Ad duntaxat Couar. alios referens, & Ludouic. Lop. sic seruandum esse tam in foro seculari, quam in Ecclesiastico. At in alijs contra dicitur, actibusq; caeteris similibus, dicunt quamlibet computationem in proprio foro seruanda esse: nimirum, ciuilem in foro seculari, canonicam autem in foro Ecclesiastico.

DISPUT. QVINQVAGESIMAPRIMA.

Vtrum in recta ascendentiũ, & descendentiũ linea, sit iure naturali irritum matrimonium in quocunq; gradu in infinitum: an potius vsque ad praescriptũ gradum, & quotum consanguinitatis?

SVMMARIVM.

Vir vsi deseruiat nosse qui gradus sint iure naturali prohibiti. n. 1. Quot quaestiones disputandae sint. n. 2. Non est idem, matrimonium esse prohibitum in aliquo gradu a iure naturali, & esse irritum. n. 3. Quae dicantur praecipua naturalia, & quorundam sententia. n. 4. Unde colligendum sit iure naturali prohiberi matrimonium, ut sit irritum. n. 5. Proponuntur argumenta probantia non esse irritum iure naturali matrimonium inter parentes & filios. n. 6. Est irritum iure naturali inter parentes & filios. n. 7. Idem est per se iure naturali natura integra, Adamo non peccante. n. 8. Non est ita in eis in se malum, quin Deus dispensare possit. n. 9. Quid, si esset necessarium ad speciei conseruationem: ut si soli pater & filius, aut filius & mater superessent. n. 10. Soluuntur argumenta. n. 11.

Post numer. 11. innentis alia summaria.

**D**ISPUTATIO De gradibus consanguinitatis, & affinitatis iure naturali impedimentibus, & dirimentibus matrimonium, ad exigui momenti est: valde enim ad duo confert. Alterum est, ut dignoscantur gradus, in quibus Pontifex dispensare potest: Nam recepta sententia est, (ut libro sequenti larus videbimus,) illi non esse permissam dispensationem in gradibus lege naturali diuina interdictis: concessam autem, ubi sola lex canonica obstat. Alterum verò, ut innotescent, quando infideles ad fidem rediit, à matrimonio tempore infidelitatis inito separandi sint. Si enim coniuncti sint in gradibus iure naturali irritanti vetitis, separandi sunt: secus si sola lege canonica. Ut desinitur cap. gaudemus, de diuortijs. Quippe illi non subiunguntur legem canonice, bene autem naturalis. Potest igitur disputari quaestio haec in gradibus consanguinitatis, & affinitatis: in super in vtriusq; in linea recta, & in transuersa.

Et

Et quidem in praesenti solum est sermo de gradibus consanguinitatis: nam de affinitatis gradibus agendum est in ipso affinitatis impedimento. Praesens ergo disputatio instituitur de consanguinitatis gradibus in linea recta: subsequens autem delineat transuersa aget. In hac autem disputatione triplex quaestio agitata est. Prima, an in primo gradu linea recte sit irritum iure naturali matrimonium, ut inter parentes, & filios? Secunda, an prohibitio in ea linea protendatur in infinitum? Tertia, esto non protendatur in infinitum, vsque ad quotum gradum?

Quaestio prima. An in primo gradu linea recte ascendentiũ, & descendentiũ, nimirum, inter parentes, & filios, sit ita iure naturali interdictum matrimonium, ut sit irritum. Tria praemittenda sunt ut clarius procedamus. Primum praemittendum est, non eò ipso quod matrimonium iure naturali interdictum in aliquo gradu, consequi eodem iure ipsum irritum fore. Quod constat, quia matrimonium contra priorem sponsalium fidem, aut aduersus simplex castitatis votum initum, aduersatur iuri naturali distantiam fidem Deo per votum, & homini per sponsalia datam, praestanda esse. Cum tamen constet in neutro euentu matrimonium fore irritum. Atque ita animaduertunt Victoria relectione de matrimon. 2. p. partis secundae, num. 1. & 2. Sotus. 4. d. 40. quaest. vnica, art. 3. columna. 5. vers. at. verò fortasse. Ledesma. 2. p. 4. q. 56. artic. 4. columna. 3. §. 5. & pro decisione. Veracruz. 2. p. Speculi, artic. 25. pagina penultima. §. contra istorum. Valentia. 4. p. disput. 10. quaest. 5. puncto 3. ubi de impedimento consanguinitatis, §. secundo conuenit. Petrus de Ledesma de matrim. q. 54. artic. 3. idifficil. vltima, notabili 3. Ludouicus Lopez. 2. p. instrum. de matrim. c. 49. ubi de impedimento consanguinitatis, folio. 1138. colum. 2. sine. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 163. Bartholomaeus ad Ledesma de matrim. dub. 37. columna ante penultima.

Secundo praemittendum est, ea dici naturalia praecipua, quae solo naturali lumine, sine aliquo discursu, aut saltem facillimo dignoscuntur, & apud omnes nationes bene institutas sunt eadẽ, habentq; eandẽ reatitudinẽ. Et haec quidem aut prohibent reat intrinsecè malũ, ut nulla ratione, in nulloque eueniu cohonestari possit: quale est mentiri, aut fornicari. Vel rem semper ma-

lam, & apud omnes, talem tamen, ut ratione extrema indigetia excusari possit. Vel est furum.

Tertio praemittendũ est, ex quibus deduci possit prohibitio matrimonij, eiusq; irritatio iure naturali. Prohibitio quippe debet colligi ex eò qd ratione naturali apud omnes nationes ipso lumine naturali distante repugnet. At ea ratio non sufficiens erit ad eius irritationẽ deducendam. (ut au. 3. probauit.) Quare irritatio petenda est ex ipsa natura, & intrinseco matrimonij fine, qui est sobolis procreatio, & remediũ concupiscentiae. Si enim iure ipsi, & fini opponatur, irritum erit: quod si natura, & finis matrimonij illa sola maneat, & ex aliqua sola extrinseca circumstantia ius naturale violetur, ex tali matrimonij contractu, erit quidem iure naturali interdictum, validum tamen. Ut contingit in matrimonio contra votum simplex castitatis, aut priora sponsalia celebrato. Et ita colligitur clarè ex Victoria relectione de matrim. 2. p. partis secundae num. 5. Soto. 4. d. 1. q. vnica, artic. 3. columna. 4. vers. quod ergo nostra. Ledesma. 2. p. 4. q. 56. art. 4. folio 486. columna. 4. §. preterea lex Evangelica. Bartholomaeo ad Ledesma de matrim. dubio. 42. in probatione conclusionis secundae, ubi ex eo probant matrimonium in linea transuersa affinitatis non esse irritum iure naturali, quod non aduersetur primario, nec secundario matrimonij fini. Et D. Thom. 4. d. 40. q. vnica, art. 3. corpore, volens probare fore iure naturali irritum matrimonium initum inter parentes & filios, ex ipsa matrimonij natura, & sine id probauit: eisdemque rationibus vsi sunt caeteri Theologi. Er ratio est manifesta, quia sola aduersantia rei naturae, & ipsius intrinseco fini, substantiam ipsius destruit: ac proinde illa sola irritabunt: Ex his igitur inuestiganda erit irritatio matrimonij a iure solo naturali iure.

Difficultas ergo praesentis quaestionis eò pertinet, ut discutiamus, ut matrimonium in primo gradu linea recte, nempe, inter parentes & filios, aduersetur substantia, aut fini intrinseco matrimonij, ut vel inde colligamus, an ita sit iure naturali prohibendum, vi eodem iure irritetur. Et videtur non esse irritum; quod quidem deducetur, si probauerimus quid matrimonium nec naturae ipsius, nec fini aduersari, nec apud omnes nationes solo lumine naturali existimatum esse prohibitum.



Primo ergo probatur non aduersari natura matrimonij. Quia possunt parentes & filij mutuum sibi corporum potestatem tradere, inquam illorum veri domini, ad induendam vitam transigendam in quo consistit substantia matrimonij. Nec fini primario aduersatur. Potest enim inde subsequi generatio prolis: & tantu abest, vt recte eius educationi obstat, vt potius miru in modu ei deserviat. Nihil enim ita conducit bonae prolis educationi, ac mutuus amor, mutuaq; coniugij habitatio. Quae maxime seruantur inter parentes & filios inter se coniugatos. Nec etiam secundario fini repugnat: immo ad extinguendum libidinis ardorem conducit. Quia ex coniugio maris & feminae quorundemque excitari solet sepius ardor concupiscentiae, & maxime inter parentes & filios, ob incauta, & inimica familiaritatem. Qui vtique extinguetur matrimonio inter ipsos inito. Et confirmatur, quia eo magis laetitia estrenato libidinis ardori, quod inter coniuges ardentior est amor: atque huius augmentum minuit appetitum extranei coitus. Cum igitur parentes & filij multo ardentiori amore conueniantur, quam extranei matrimonio copulari: illud coniugium plus deserviet feruori concupiscentiae exinguen- do. Secundo, quia non repugnat huic con- iunctioni coniugali aequalitas inde con- surgens inter filios cum parentibus, quibus per omnia eos subditos esse oportet: nec superioritas capitis, quae cõsurget in filio, cui mater nuplerit. Nam aequalitas inter pa- rentes & filios quoad aliquid, non repug- nat omnimode subiectioni ratione filia- tionis debita. Vt si parentes & filij con- tractum societatis in se familiariter inrent, aequales essent in eo contractu, non dimi- nuta filiali subiectione. Nec illi similiter aduersatur, filium aliquo ratione superio- rem esse. Vt si filius crearetur in dexte, aut Episcopos. Tandem, quia non apud omnes nationes lumine naturali ductas, nefas exis- timatum est parentes cum liberis matri- monio copulari. Nam apud Persas haec con- nubia admittentur. Vt refertur Strabo lib. 15. ad finem. Athenæus lib. 7. c. 14. Quintus Curtius lib. 7. Tertullianus in Apolo- getico. c. 9. D. August. lib. 3. q. in Leuit. c. 6. 1. D. Hier. lib. 2. in Iouinianu. D. Chry- sost. in 2. p. homiliarum in D. Mathæum, homilia. 2. & in sermone Pentecostes, ad finem. D. Clemens lib. 9. recognitionum. Et idem de Aisyrjjs, & de Parthis testatur

Lucanus lib. 4. Et de Medis, & Aethiopi- bus, Indis, & Scotis, testatur D. Hierony- mus lib. 2. in Iouinianu. Et de Hyber- nis Strabo lib. 4. Et de Naura regione tes- tatur idem Curtius lib. 8. Et de Nomada natione refert D. Chrysostr. 2. Pauli ad Co- rinth. homilia. 8. Constat ergo ex his, ma- trimonium inter parentes & filios non esse iure naturæ irritum. *ubi ubi omnia in na- tura* 7  
Verum apud omnes Doctores comper- tum est, matrimonium in primo gradu con- sanguinitatis linea recta, nempe, inter pa- rentes & filios esse iure ipso natura irri- tum. Probatur primo, quia omnes gentes bene instructae, solo naturali lumine edo- ctæ inuptias inter hos nefandas existima- runt: & Persæ ea connubia permittentes notantur tanquam barbari. Vt à Tertullia- no in Apologetico cap. 9. à D. Augusti- no lib. 3. q. in Leuiticum. q. 61. D. Chryso- st. homilia de Pentecoste, in fine, Theodo- reto in lib. de legibus. Vnde Catullus in Gestum impia, & nefanda ea coniugia vocat, sic dicens: *innotuit enim sup. in istos Nafatur magis ex Gelli. in tresq; nefanda con- iugio, & distat Persicum aristissimum. Na magis ex matre. Enato signatur oportet. Si vera est Persarum impia religio. innotuit.* Et Ouidius lib. 7. Metamorphoseos festi- na vocat hæc connubia, sic dicens: *innotuit Dextera Sylleste est, in qua cõ matre Menephidæ. Concubitus erat sacrum, nate sacra.* Et Arist. lib. 2. Politic. c. 2. inde reprehendit vxorum communionem: quia loquere- tur filios parentibus iungendos. Et D. Am- brosius epist. 66. ad Paternum asserit coniu- bium patris cum filia pugnant cum lege natu- ræ in singulorum eordibus scripta. Secundo, quia etiam bruta instinctu quodam naturali ducta, concubitu cum parentibus resurgunt. Vt testatur Arist. lib. 9. de historia animalium. c. 47. & Plinius lib. 8. naturalis histo- riæ. c. 42. ubi camelos, & equos non posse adigi, vt cum matribus admisceantur, duo mirabilia exempla referentes narrat. Tertio, quia etiam Gentes abhorrent matri- monium fratrum cum sororibus, vt dis- put. sequenti probabo, in eodem parentu cum filijs. Quarto, quia ea copulatio aduersatur quodmodò substantia ipsius matri- monij. Cui enim hoc sit quidam contractus, & coniugalis amicitia, desiderat duo extre- ma distincta, quorum vnum non sit alterius pars, iuxta id Genes. 2. *Et eunt duo in car- ne vna.* At filij sunt quaedam parentum pars. Non ergo possunt matrimonio iungi.

Et

Et cõfirmatur, quia cum sint vna caro per- coniunctionem naturalem, non sunt natu- raliter habiles vt ex eis demò fiat vna car- ro: ad quod tendit coniugium. Vnde Ada- mus Genes. 2. affluens spiritu Sancto ante- quam pronunciatet coniuges effici vnam carnem, excludit parentes à liberorum con- iugijs, significans id distant ipso natura iure alios à parentibus debere esse libero- rum coniuges sibi. *Propter hoc relinquet ho- mo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ.* Quinto, quia aduersatur primario matri- monij fini, non simpliciter, ex concubitu enim parentum cum filijs potest subsequi proles, atque apud eos educari: sed vt con- uenienter fiat. Natura enim matrimonij vt conuenienter ineat ad generationem pro- lis, petit vxorem esse viro subditam, ac e- ius sociam, eiq; parem in actu coniugali. At repugnat natura filium aequalem, ac so- cium parentibus fieri in quodam actu natu- rali: quamvis in contractu ciuili societatis id non deceat: ubi aequalitas est parui momenti, ac facile dissolui potest contra- ctus, illa insuper repugnat ei coniunctioni coniugali reuerentia parentibus præcep- to naturali à filijs debita. Huic enim reue- rentia maxime aduersatur coniugalis actus, qui hinc turpitudine quadam, & irreueren- tia exerceri nequit, vt testatur D. Aug. lib. 1. de ciuit. dei. c. 16. Tandem, quia repug- nat fini secundario matrimonij, qui est co- cupiscentiam reprimere. Quod parentes & filij in eadem domo habitent, & assidue no- stis, & interdum simul versentur: quam- obrem si natura inter eos non irruisset ma- trimonium, maximus incestus aditus pa- teret. Quippe facilius cum eis peccata hæc perpetrantur, cum quibus sus est matrimo- nij iungendi. Insuper iuncti amore natu- rali sanguinis, & coniugij, vacarent efficien- tibus libidini. Et idem hanc sententiam cum D. Th. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. corp. vniuersi Theologi, & iuris vtriusq; professores, ne- mine discrepante tenent, & quamvis Dec. D. Th. nec pleriq; ex antiquioribus explicet id matrimonij iure naturæ esse irritu, sed tantum dicant esse contra ius naturæ: at ve- re rationes, quibus ad id probandum ven- tur, ostendunt eorum mentem esse, iure naturæ irritari. Idq; nominatim explicant dicentes nulla humana potestate dispensari posse vt id matrimonium validè ineat, Caiet. 2. 2. q. 154. art. 9. circa solutionem ad 3. Lopez de matrimonio regis Angliæ, du- bio. 2. in solutione ad. 2. fundamentu par-

cis negatiuæ. nu. 3. Ruardus Taperart. 20. Louaniens. pagina. 6. immediate ante. §. ex quibus manifestum est. Sotus. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. conclus. 2. Ledesma. 2. p. 4. q. 16 ar. 4. col. 3. in 1. propositione. Veracruz. 2. p. Ipectu, ar. 22. concl. 1. Viguierus lib. in- stit. c. 16. §. 7. veru. 9. impedimento. §. Pala- cios. 4. d. 40. disput. vnica, col. 18. veru. por- ro autem. Angles Floribus. 1. p. de matrim. q. 13. art. 3. difficult. 1. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 37. concl. 2. Hen- riques lib. 1. 2. de matrim. c. 9. nu. 3. Valen- tia. 4. par. disput. 1. o. q. 3. puncto. 3. vbi de cognationis impedimento. §. quarto con- uenit. Ludouicus Lopez. 2. p. in stru. de mat. c. 49. vbi de consanguinitate, folio. 139. col. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 5. par. 3. diff. 1. concl. 1. Vix Adus candele- bro sacram. 1. p. vbi de matrim. nu. 189. bene addens id verum esse, quamvis filius sit illegitimus. Id enim fruenter rationes allatæ. *innotuit enim in istos* 8  
Quod non tantum in statu naturæ cor- ruptæ verum habet, imò si natura integra permaneret. Adamo non peccante, idè- sendum esset. Et ita Adamus ante lapsu- m protulit verba, quibus significauit paren- tes à coniugio liberorum excludi. Quia quamvis in do statu non essent inordinati concupiscentia motus, filij tamen paren- tibus eadem reuerentia, quam modo de- berent: cui matrimonium inter eos repug- nat, & ita docent Sotus. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. col. 10. veru. quod si sic fecerit. Hen- ricus Bartholomæus à Ledesma, Ludouic- us Lopez, nu. præcedenti allegati. *innotuit* 9  
Non tamen est intrinsecè malum ac- mendacium: atq; idèd posset Deus opti- mus maximus dispensare vt id matrimo- nij iniretur. Quia nullus gradus tollit omnino sine matrimonij licet aliquo mo- do impediat. Ex eo enim coniugio nasci possunt liberi, & educari, & ita inuit Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 9. circa solut. ad. 3. ad fi- nem, & tenet Sotus. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. col. 11. veru. igitur quidquid Ledesma, Ludouicus Lopez, nu. 7. allegati. Bellarmi- nus lib. 1. de matrim. c. 2. §. col. 3. notabili. 3. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dub. 37. col. 7. veru. ex his iam aperte. Petrus de Ledesma de matrim. quaest. 54. ar. 3. diff. 1. concl. 2. *innotuit enim in istos* 10  
Disident autem Doctores, an ita malù sit, vt in nullo euentu citra speciale Dei dispensationem liceat. Quidam enim asser- mant: ac proinde aiunt non licere in casu

- 019

extre-



extremæ indigentia, vti soli filius & mater, aut pater & filia in mudo superessent. Quod matrimonium illud cadat super indebita materia, & naturaliter ad illud inhabili. Ita Cæteran. Ledefma, Ludouicus Lopez, Petrus de Ledefma. concl. 3. Loazes nu. 9. allegati, nu. 7. & Sorus lib. 2. de iull. q. 3. ar. 8. ad 4. idem visus est sentire: tantum enim dixit non profus carere probabilitate contrarium. At verius est tunc licere. Primò, quia sic. D. Chrysof. homilia. 44. in Genesim, & D. Ambrosius lib. 1. de Abraham. c. 6. excusat filias Loth à culpa, dum cum patre concubuerunt: existimabant enim nullum virum superesse qui generationi deseruire possent. Genes. 19. Deinde, quia malum ordinis inferioris cohonestari potest propter superioris ordinis bonum: vt damnum vitæ propter bonum rationis. Cum ergo malum priuatum irreuerentia paternæ cõfurgens ex tali matrimonio, sit inferioris ordinis respectu boni communis, ad quod spectat cõseruatio speciei, poterit cohonestari, vt huic consulatur. Atque ita docent Martinus de Magistris tract. de temperantia. q. de incestu. Sotus. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. col. 11. vers. igitur quidquid. Verac. r. p. specul. ar. 43. immediate ante 2. conclusionem. Palacios. 4. d. 40. disp. vni ca. col. 24. fol. 526. Angles, Henriquez, Viualdus. n. 190. citati. nu. 7. Valentia. 4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de cognatione §. quin etiam. Bartholomæus à Ledefma citatus, nu. 9. Vega. 2. tomo summae. c. 34. casu. 125. Cætero summa sacramen. vbi de matrim. c. 6. vbi de consanguin. num. 43. in commento.

Ad argumenta, nu. 6. proposita responderetur. Ad primum dic id matrimonium non aduersari simpliciter & omninò substantiè matrimonij, & eius fini: aduersari debito eius ordini, & conuenientia: vt ostendimus, nu. 7. in 4. & 5. rationibus. Ad aliam partem primi argumenti, & eius confirm. dic quantum ex ea parte aliquo pacto deseruiat matrimonium temperando concupiscentia ardori: ex alia parte magis inflamari: vt probauit, num. 7. in vltima ratione. Adde experientia teste ex mutua parentum & filiorum habitatione non inflammarì veris ardorem inter illos: eò quòd natura ipsa id diuinitè sit tam nefanda inter illos coniunctio. Quod longè aliter eueniret, natura illorum conubia permittent. Ad secundum quoad priorem partem constat ex dictis, nu. 7. in 5. ratione. Quoad poste-

riorem partem dic, iudicem aut Episcopum fungi publica autoritate, ratione cuius præcellit omnes alias priuatas personas. At maritus in matrimonio priuata auctoritate est superior. Repugnat ergo vt idem homo sit priuata auctoritate superior, & inferior. Adde Episcopum, & iudicem secularum superiores esse in gubernatione spiritali, & ciuili, ac politica: quam superioritas paternæ, & mariti non respicit: sed tantum est quoad gubernationem domesticam. At repugnat matrem respectu eiusdem filij, ac eiusdem gubernationis domesticæ, superiorem esse, ac inferiorem. Ad vltimum constat ex dictis, num. 7. in prima ratione, vbi probauit eas gentes barbaras reputatas fuisse.

## S V M M A R I V M.

**R**esertur sententia asserens matrimonium in recta linea ascendentium, & descendentium prohiberi in quocumque gradu in infinitum, nu. 12.

Proponitur contraria auctoritas sententia, numer. 13.

Soluuntur argumenta, nu. 14.

Post, num. 15. inuenies summaria qua desiderantur.

**V**æstio secunda. An prohibitio, & irritatio matrimonij inter ascendentes, & descendentes iure natura inducitur protractatur ad quocumque gradum in infinitum? Affirmat quidam (licet non omnes explicent quo iure id fiat nominatim explicabo dicentes id esse iure natura reuerentia.) Ducuntur, & natura respuat matrimonium inter parentes & liberos ratione reuerentiæ illis ab his debita. At maior subiectio, & reuerentia debetur ascendenti remotioribus: & eò maior quod ascendens remotior est. Et quantum hominum ingratitudine, seu potius ascendenti remotiorum morte, & micitia inter ascendentes & descendentes remotiores euanescat, non tam eò id tollit natura reuerentia, & subiectionis debitum. Repugnat igitur natura equalitas socialis matrimonij inter hos. Secundo, quia licet in gradibus remotioribus minor sit propinquitas sanguinis: ac proinde minor indecentia coniugij appareat, quàm inter parentes & liberos, at est maior inequalitas ætatis, & consequenter maior indecentia ratione illius: & subinde defectus ille

propinquitatis compensatur inequalitate hæc. Tertio, quia omnes ascendentes habent rationem principij iure naturali, ac subinde rationem superioris: & id eò Christus seruatur noster appellatur. Matth. 1. filius Abraham, & David, à quibus remotissima descendit. Ergo iure naturali impediri equalitas per matrimonium conlueat. Vltimò, quia iure ciuili statutum est, prohibitionem hanc nullis finibus contineri, sed in infinitum protrahi, inlult. de nuptijs. §. ergo non omnes. l. nuptia. §. 1. & nihil. §. ff. de ritu nupt. vbi & ad ascendentes illegitimos extenditur, & l. regia. 4. sine tit. 6. p. 4. Nec ex leges iure canonico corriguntur. Quippe, c. non debet de cõsang. & affin. vbi consanguinitas ad quartum restringitur gradum, intelligendum est de consanguinitate in linea transversa: in qua ex vltiori prohibitione non modica damna pullulabant. Quæ fuit restrictio illius ratio: non autem de consanguinitate in linea recta: ex cuius infinita prohibitione inducitur per ius ciuile, nullum confurgit damnum. Cum prodigium sit natura id matrimonium appeti: Nec per verba generalia credendum est abrogatum esse ius ciuile continens prohibitionem iuris naturalis, aut saltem illi valde consona. At vbi ius ciuile non corrigitur per canonicum, est seruandum etiam quoad matrimonium (vt probauit lib. 1. disp. 6. nu. 24.) Quare patroni huius sententiæ ex ea inferunt Ad damnum hodie resurgentem nullam viorem ducere posse: vt potè qui communi ius vniuersi generis humani parens est, & id eò hanc sententiam sustinent ex iuris personis, Glof. 35. q. 5. in expositione arboris consanguinitatis, vers. quare an in se accedentes, glof. 1. nuptia, verbi ad infinitum ff. de ritu nupt. & inlult. de nuptijs. §. ergo non omnes, verbi in infinitum: & ibi Angelus, nu. 2. Host. summa, tit. de consanguinitate, nu. 9. in d. 60, nu. 17. q. 9. Abbas. c. non debet, nu. 8. de cõsang. & ibi Card. paulò post principium. Propos. nu. 8. Henricus num. 1. Alexander de Neuo ibi, §. prohibito, nu. 7. & 8. Anchar. c. fin. nu. 1. eod. tit. Immo l. c. literas, nu. 12. de restitut. spolia. Alberic. in suo dictionario, litera. I. verbi impedimentum. 5. Affertur. 2. par. summae, lib. 8. tit. 17. ar. vnico, q. 2. & tit. 25. ar. vnica, fin. Ioannes de Triburgo in summa cõfessorum, lib. 4. tit. 6. q. 7. Lambertinus de iure paronatus, lib. 2. p. 1. q. 9. ar. 18. nu. 10. Supplementum summae Pisanæ, verbi im-

pedimentum, impedimento. §. in vltimo: & ibi Tabiena impedimento. 3. q. 3. nu. 4. Syl. verb. matrimonium. 8. q. 6. dicto. 5. Armilla, verb. matrimonium, nu. 25. Montaluis. 1. 4. paulò post principium, tit. 6. p. 4. & ibi Gregor. Lopez, verb. nuncia. Brunellus de sponsalibus, conclus. 23. num. 4. Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 4. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 72. & tit. 13. nu. 3. & 6. Gaeta repetitio ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 13. nu. 358. Martiengo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glof. 1. nu. 176. Lancelorus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de triplici cognatione, vbi de consanguinitate. §. constituitur igitur, verbi quare m. Humada. p. tit. 1. l. 2. glof. 2. nu. 24. Soacius de sponsal. 2. p. super inlult. de nuptijs. §. ergo non omnes, numer. 9. & ex Theologis, Scotus. 4. d. 40. q. vnica, ar. 23. & ibi Durandus. q. vnica, nu. 9. & 10. Ricardus ar. vnica. q. 4. Palud. q. vnica. ar. 3. cõf. 1. nu. 13. Mayronis. q. vnica, diffin. 1. Maioris. q. 2. argumento. 2. propositione. 3. Supplementum Gabrielis. q. vnica, ar. 2. conclus. 1. Bassolis. q. vnica. r. Guillelmus Rubic. q. 2. ar. 2. conclus. 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 14. §. 2. Abulenlis lib. 1. regum. c. 8. q. 1. 152. 175. Victoria summa, vbi de matrim. num. 295. Petrus de Soto l. 10. de mat. propositione. r. Franciscus Sommus lib. 1. demonstrationum, tractatu. 7. de matrim. vltim. Philippus Archintus in edicto fidei p. 2. c. 14. Ambrosius Catharinus lib. 6. cõtra Cæteran. de matrim. Vigerius lib. inlult. tit. 1. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento §. Toledo lib. 7. summae. c. 5. in fine. Bellarminus lib. 1. de matrim. cap. 28. paulò post principium. Vazquez. 1. 2. q. 74. ar. 8. disp. 112. nu. 7. Petrus de Ledefma de mat. q. 54. ar. 3. diffin. 2. concl. vnica. Philareus de officio sacerdot. tomo. 1. p. 2. lib. 2. c. 12. §. consanguinitatis, & affinitatis. Viualdus candelabro sacramen. 1. p. vbi de matrim. nu. 199. Cafedo summa sacramen. tractatu de mat. c. 6. vbi de consanguinitate, nu. 43. & dicit esse probabilissimum (& verè ita est), Bartholomæus de Ledefma de matrim. dubio. 37. conclus. 4. Atque hanc prohibitionem esse de iure natura, explicat Scotus, Durandus, Ricardus, Supplementum Gabrielis, Paludanus. D. Antoninus, Abulenlis, Petrus de Soto, Armilla, Couar. Vignierus, Humada, Vazquez, Petrus de Ledefma, Cafedo. Et eode iure irritabile matrimonium declarat Abulen. q. 175. Vigerius, Petrus de Ledefma.



13 Ceterum probabilius est, ad aliquem gradum cum prohibitionem terminari. Ratio potissima est, quia cum consanguinitatis ratio sit participatio eiusdem sanguinis communicata à virtute generante. Sicut, & hæc eodè debitor reddatur, quò in plures generationes protenditur (vt explicui disp. præcedenti, nu. 1.) nequit in infinitum extendi, sed tandem extinguitur, ac deficit. Ergo impossibile est in quacumq; linea con sanguinitatem in infinitum protrahi: ac subinde dicendum necessarium erit, impedimentum hoc consanguinitatis in recta linea certis finibus, attento iure naturæ contineri. Quòd si ius humanum spectemus, ius canonicum, c. non debet, de consang. & affin. omnes consanguinitatis gradus matrimonio obstantes intra quartum gradum concludit: nec distinxit an linea esset recta ascendenti, an potius collateralis transversa. Nec refert ius civile statuisse impedimentum hoc in recta linea in infinitum. Quia solius iuris canonici est inter fideles matrimonij impedimenta decernere: nec quicquam confert prohibitio iuris civilis, nisi expresse iure canonico approbetur (vt probauimus hoc, 7. lib. disput. 3.) At hæc prohibitio non est iure canonico approbata, quin potius reprobat, d. c. non debet. Insuper probatur rationibus, quas nu. 19. referam ad probandum in solo primo gradu id matrimonium iure naturæ irritari. Et ita docent vniuersi Doctores, quos, nu. 15. & sequentibus vsq; ad. 20. referam: omnes enim illi fatentur prohibitionem hanc certis finibus contineri: ac solum discrepant circa gradus: vt statim videbimus.

14 Ad argumenta proposita, nu. 12. respondetur. Ad primum, & 3. constat ex dicendis, nu. 19. & 23. Ad secundum, dicè etatis disparitatem non efficere vt matrimonij sit iure naturæ irritum: vt constat. Ad vltimum constat ex dictis, nu. præcedenti.

## SYMMARIUM.

**D**ato matrimonij in linea recta non protendi in infinitum prohibitionem, ad quatum gradum protendatur? Responsetur variè sententia, nu. 15. 16. 17. 18. Proponitur sententia Authoris, nu. 19. Aliquem indecentiam habet iure naturali hoc matrimonium inter ascendentes & descendentes, non tamen est irritum ultra primū gradum iure naturæ, nu. 20. In fideles coniuncti matrimonio cum ascenden-

tibus in primo gradu separandi sunt conuersi ad fidem, secus in vltioribus gradibus, nu. 21.

Iure Ecclesiastica solum prohibetur hoc matrimonium inter fideles vsq; ad. 4. gradum, nam. 22.

Satisfit argumentis, num. 23.

**Q**uestio vltima. Dato prohibitio nem matrimonij in linea recta ascendenti, & descendenti, certis finibus contineri, ad quatum gradum protrahatur iure naturali attentis? Qua in re varias inuenio sententias. Prima ait durare hoc impedimentū, quādiu durat amicitia, & communicatio proprietatum individualium inter ascendentes, & descendentes: nec consistere quādiu hæc durent. Ita Ledesma. 2. p. 4. q. 56. art. 3. fol. 482. col. 4. conclus. 2. & concordat Veracruz in eo, quod est non designare certum limitem, sed tantum dicit non protendi in infinitum, sed vsq; ad certum gradū 2. p. Speculi, ar. 22. concl. 1.

16 Secunda sententia docet non excedere prohibitionem hanc vigesimum gradū: at non prænit certum gradum. Sic Coar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 6. sine. Alij vero dicunt protendi vsq; ad. 7. gradum, ita tamē vt ultra quartum sit integrum Pōtifici disp̄sare. Ita Ludouicus Lopez. 2. p. instrū. de matr. c. 49. vbi de consang. fol. 140.

17 Tertia sententia principalis docet vsq; ad. 4. gradum protendi. Iuxta, c. non debet, de consang. & affin. quod gradus consanguinitatis, in quibus interdicitur matrimonium, ad quartum restrinxit. Ita Goffredus summa, tit. de consang. n. 7. Monaldus summa, vbi de matrim. vbi de impedimento eo consanguinitatis. Rosella, verb. impedimentum, impedimento, §. num. 6. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 6. in additione ad nu. 1. & Palacios. 4. d. 40. disput. vnica, col. 22. fol. 92. §. ait esse probabile, ad non certum, irritari iure naturæ huiusmodi nuptias vsq; ad quartum gradum, & Hérizquez lib. 11. de matrim. c. 9. nu. 3. ait in secundo gradu esse irritum matrimonij iure naturæ: & probabile videri etiam in quarto gradu, at non vltimus, & c. 1. n. 2. ait forsani ius naturæ irritare in secundo, & tertio gradu.

18 Quarta sententia docet protrahi prohibitionem iuris naturalis in hac recta linea vsq; ad secundum gradum, & vsq; ad illud esse irritum eodem iure matrimonium: v-

inter

inter parentes, & filios, auos & nepotes: nec vltimus progredi. Ratio autem est. Quòd nepotes reuerentiam quādam exhibere debeant, sicut parentibus: in vltioribus autem gradibus non est tanta propinquitas. Sic docent Sotus. 4. d. 40. q. vni ca. art. 3. col. antepenultima, vers. vtraque verò opinio: & d. 41. quaest. vnica. art. 3. col. penultima, vers. faciamus. Angles Floribus. 1. par. vbi de matrim. quaest. 13. art. 3. dubio. 2. Valentia. 4. part. disput. 10. q. 5. p. 206. 3. vbi de impedimento cognationis, vers. verum in hac re.

19 Vltima sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo.) sustinet in solo primo gradū ascendenti & descendenti esse ita interdijctum matrimonium iure naturæ, vt irritum sit eo iure attentis: vt inter solos parentes & liberos. Dicitur, quia auus, & ceteri ascendentes non sunt principij nepotum per se, sed per accidens: ad rationem enim filij, vt filius est, solum desideratur vt à parentibus originem trahat: ac per accidens est, vt suus pater alium patrem habuerit filij enim Adami carentes auo, ita veri filij fuerunt, ac illum habentes. Ac proinde reuerentia debita auis à nepotibus, non est debita necessario, & per se, sed per accidens, vt potè quæ in sola ratione principij, & causæ per accidens fundatur. Non ergo ea reuerentia, & superioritas per accidens, ita impedimentum de iure naturæ præstabit matrimonio inter eos, vt illud eodem iure irritet. Et confirmatur, quia auus respectu nepotis non habet rationem genitoris, sed solum rationem causæ quasi applicantis genitorem: ac causa applicantis aliam causam suo effectui, non est per se, sed per accidens causa illius effectus. Quare loquendo de reuerentia naturali, non est veterum maiorem exhiberi auo, Quia reuerentia naturalis respectu auis est per accidens: respectu patris est per se. At est verum, de reuerentia politica: auum enim vt primum dominum, & primum in gubernando principum reuerentur. Et ideo huius sententiæ videtur expressè. D. Thom. 2. 2. q. 15. art. 9. in solutione ad. 5. vbi ait in cognitione personarum coniungatur aliquid esse, quòd est secundum se indecens, & repugnans naturali rationi, sicut quòd commixtio fiat inter parentes, & filios, quorū est per se, & immediata cognitio: alias verò personarum, quæ non coniunguntur per se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex se ipsas indecentiam: sed varia-

si circa hoc decentiam vel indecentiam, secundum consuetudinem, & legem humanam, & 4. d. 40. q. vnica, art. 3. corpore, quæ lionem mouens de gradibus consanguinitatis iure naturæ veteris: solum in resolutione meminit primi gradus in linea recta: & tenet expresse Cajetus. 60. ar. 9. circa solutionem ad. 3. & c. 18. in Leuiticum ad finem. Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. ad fin. nu. 54. Albertus Pighius controuersia. 15. ad finem. Armilla, verb. dispensare. num. 9. & 10. Victoria reledione de matrim. 2. part. secunda partis, nu. 6. dicto 2. dicens fortal se ita esse. Loazes de matr. Regis Angliæ, dubio 2. in solutione ad. 2. fundamentum partis negantis à nu. 1. vsq; ad. 19. Taper artic. 20. Louaniensi, pagina. 6. immediate ante. §. ex quibus manifestum est. Ledesma. 2. par. 4. quaest. 56. art. 4. col. 2. p. propositione. 1. & 2. Veracruz. 2. p. Speculi, art. 43. concl. 1. & clarus: conclus. vltima: & 2. p. art. 26. triplici pagina ante finem. §. ex omnibus istis. Rossensis de matr. Regis Angliæ, folio. 3. Anthona in summa Ecclesiæ. q. 53. ar. 5. & 6. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 37. conclus. 4. Emmanuel Sasuma, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, nu. 4. vers. cum parentibus. Vega. 2. tomo summa. c. 34. ca. su. 16. 4. & melius casu. 127. ad finem. Llamas in methodo curationis. 3. p. c. 8. §. 19. statim in principio. Et docet esse probabilem Petrus de Ledesma de matr. q. 54. ar. 3. d. sic. 2. conclus. vnica.

20 Dixi autem in alijs gradibus ultra primum non prohiberi matrimonium iure naturali irritanti: nam negandum non est, esse aliquo modo contra ius naturæ, quando non est aliqua causa iusta. Quòd indecentiam quamdam naturalem præ se ferat, nisi aliqua causa iusta cohonestet. Et ita docent Victoria, & Ledesma. num. præcedenti allegati. Et latius explicabo disputatione sequenti, nu. 7.

21 Ex his deducitur primò, in fideles matrimonio coniungendos cum quocumq; ascendente, demptis patre, & matre, dummodo non contra leges suas, aut consuetudines matrimonij irritantes illud iniert, non esse conuersos ad fidem separandos. Quia in lege naturæ, qua sola astringitur, & iuxta leges suas id matrimonium, est validè: nec conuersi ad fidem separandi sunt à matrimonio non inito contra ius naturæ irritans: iuxta, c. gaudemus, de diuort. si peculiaris aliqua lege eorum non irritet, & ita

docent



docent Veracru. 1. par. Speculi, art. 43. si-  
ne: & 2. par. art. 25. columna antepenulti-  
ma. §. ex omnibus istis. Bartholomæus à  
Ledesma de matrim. dubio. 37. post. 4. con-  
clusionem. §. ex dictis. Vega. 2. tomo sum-  
me. c. 34. casu. 127. ad finem.

Secundò deducitur, posse fideles cõtra  
hære matrimonium in linea recta ascendē

tiù, & descendentiù, vltra quartu gradū.  
Quia iure nature solus primus interdicti-  
tus, & iure Ecclesiastico prohibitio nõ ex-  
cedit quartu gradū. nõ debet, de cõsan.

Ad argumentum, nu. 18. propositu cõ-  
stat ex dictis, nu. 19. vbi diximus aus non  
exhiberi reuerentiam tanquam principijs  
& causis perse.

DISPUT. QVINQVAGESIMASECVNDA.

An omnes gradus consanguinitatis in linea trãversã prohibiti Leuiti-  
ci. 18. impediat, ac dirimat iure naturali matrimonium, ac proinde  
nunc obligent: & esto nõ omnes illi, an saltem in aliquo gradu li-  
neæ trãversæ sit iure naturali interdictum, ac irritu matrimoniu?

SVMMARYM.

Explicatur qui gradus fuerint prohibiti Le-  
uitici. 18. nu. 1.

Nallu est præceptum iuris diuini positu in le-  
ge noua, demptis præceptis fidei, & sacra-  
mentorum: nec est aliquod diuinum positu  
negatiuum, sed omnia alia iuris diuini sunt  
etiã naturalis. nu. 2.

Quot sunt quæstiones disputande. nu. 3.

Certum est gradus Leuitici. 18. vetitos non o-  
bligare nunc, quatenus sunt in ea lege ka-  
rari. nu. 4.

Refertur sententia asserens omnes illos esse  
de lege naturali, & ita nunc obligare, nu-  
mer. 5.

Non omnes illi sunt de iure naturali, nec obli-  
gant nunc, nu. 6.

Explicatur qualiter in illis gradibus reperia-  
tur aliqua indecentia naturalis, & prohibi-  
tio iure naturali. nu. 7.

Soluuntur argumenta: & explicatur. cap. de  
infidelibus, de consang. & cap. literas, de  
restit. spoliat. & cap. finale, de diuor. & c.  
quodam lex. 35. q. 3. & cap. Pissariu. 30. q. 3.  
nu. 8.

An aliquis gradus consanguinitatis in linea  
trãversã impediat, ac dirimat iure natu-  
rali matrimonium? Refertur sententia  
asserens in linea inæquali impediri in in-  
finitum, nu. 9.

Refertur alia sententia asserens in nullo gra-  
du, nu. 10.

Preponitur sententia Auctoris, nu. 11.

Infideles coniugii cum consanguineis cõtra-  
ralibus, quando sint conuersi ad fidem sepa-  
randi. nu. 12.

Ex gradibus diuina lege prohibitis, qui obli-  
gent in lege noua: nu. 13.

Satisfit argumentis, nu. 14.

AD clariore huius disputationis  
decisionem, duo præmittere o-  
portet. Primò præmittendū est,  
qui gradus Leuiti. 18. interdicti

sint. Cõtinentur enim ibi quidã gradus cõ-  
sanguinitatis, & alij affinitatis. Cõsangui-  
nitatis duplex gradus in linea recta, nõpe,  
parentu cõ filijs, auroꝝ cõ nepitibus, & auia-  
rum cõ nepotibus. In linea etiã trãversã  
primus gradus, vt fratrum cum sororibus,  
siue ex vno, siue ex vtroq; parente. Et par-  
tim secundus in linea inæquali, vt nepotis  
cum amita, aut matertera, id est, de sobri-  
no con tia hermana de padre, & madre. Nõ va-  
men vetitum erat coniugium cum patruo,  
vel auunculo: id est, cõ tio hermano de pa-  
dre, & madre, vt benè aduertit Sotus. 4. d.  
40. q. vnic. ar. 3. col. 3. versat. verò fortasse,  
Victoria reledione de matr. 1. p. secundæ  
partis, nu. 3. Ledesma. 2. p. 419. §. art. 3. ad  
finem. Verac. 2. p. Speculi, ar. 25. in ratione  
secta primæ conclusionis. Bellarm. lib. 1.  
de matrim. c. 24. col. 1. antepenultima. §.  
& quidem. Henriquez lib. 1. de matrim.  
c. 9. nu. 3. Affinitatis similiter erant prohi-  
biti alij gradus, vt primus linee recte ascen-  
dentium: vt foceri cum nuru, victriçi cum  
priuigna: & cõtra priuigni cum nouer-  
ca, focerus cum genero: & quidã secundus,  
vt Victriçi cum filia priuigne. In trãversã  
autem linea erat prohibitū coniugiu in  
quodã duplici gradu, vt cõ vxore fratris,

& cum sorore vxoris, vxore viuente, & cõ  
vxore patru.

Secundò præmittendum est, in noua  
Euangelica lege nullum esse præceptu iuris  
diuini positu, demptis fidei, & sacra-  
mentorum præceptis: alia autem præcep-  
ta diuina esse simul iuris naturalis: in quo  
distat à veteri lege, quæ multa alia præci-  
piebat. Quod est commune Theologoru  
axioma, & tradunt. D. Thom. quodlibeto  
4. ar. 13. & 1. q. 108. art. 1. in fine corpo-  
ris, & ar. 2. in fine corporis. Sotus. 4. d. 40.  
q. vnic. ar. 4. col. 2. vers. quemadmodum.  
Covar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 1. Valentia  
4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedi-  
mento cognationis. §. primò conuenit. Lu-  
douicus Lopez. 2. p. instruct. de matrim. c.  
49. vbi de consanguinitatis impedimẽto,  
fol. 1. r. 1. Vnde nullum est præceptum di-  
uinum positum hodie pure negatiuum,  
vt benè Victoria relect. de mat. 2. p. secun-  
dæ. p. nu. 3.

His præmissis, duplex est agitata que-  
stio. Prior, an omnes dicti gradus Leuitici  
18. interdicti, sint de iure naturali, ac proin-  
de nunc in lege Euangelica obligent? Post-  
erior, esto non omnes illi sint legis natu-  
ræ, an saltem iure nature vetitum sit matri-  
monium in aliquo consanguinitatis gradu  
lineæ trãversæ?

Conuenit inter omnes circa priorem  
quæstionem, gradus illos non obligare in  
lege Enangelica, ex eo quod in lege vete-  
ri interdicti sint: Imò esset hæreticum as-  
serere idè interdictos esse nunc eos gra-  
dus, quod in Leuitico prohibiti sint, vt be-  
nè docent Victoria, nu. 2. allegatus, & So-  
tus. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. col. 4. vers. igitur  
Doctores. Quia de fide est legem veterem  
cessasse. Nec potest etiam dici ex mero iu-  
re diuino nunc obligare. Tum, quia nul-  
lus est locus in nouo testamento, in quo ea  
prohibitio continetur. Tum etiam, quia  
nullum est hodie ius merè diuinum, præ-  
ter fidei & sacramentorum præcepta (vt  
nu. 2. probauit.) Quare Doctores conten-  
dentes eam prohibitionem nunc vigere,  
necessariò tenentur dicere non fuisse me-  
ri iuris diuini peculiariter. Hebræis tradi-  
tis: sed pertinuisse ad prohibitionem mora-  
lem iuris naturalis diuini: vt fuere præcep-  
ta Decalogi illis tradita.

Quidam igitur in ea sententia, vt  
omnes gradus Leuitici. 18. expressè obli-  
gent in lege noua, ac proinde in illis fuerit  
prohibitum iure ipso nature matrimoniu.

Quare iuxta hanc sententiam erit prohibi-  
tus iure nature primus gradus consangui-  
nitatis in linea trãversã: & qualiter inter fra-  
tres, & sorores: & secundus in eadem linea  
trãversã inæquali, vt inter nepotem &  
amitam, vel materteram. Ducuntur, quia  
Deus ipse Leuitici. 18. tradens ea præcep-  
ta videtur manifestè declarare prohibiti-  
onem illorum graduum non pertinuisse ad  
præcepta iudicialia, aut cæremonialia il-  
lius peculiaris legis, quæ morte Christi pe-  
ritura erant, sed ad præcepta moralia iuris  
naturalis, quæ ad omnes homines, ac ad vi-  
niuersa tempora pertinent. Quia postquã  
tradidit ea præcepta, subdidit, Ne polluan-  
ti in omnibus his, quibus concaminat e sunt vni-  
uersæ gentes, & quibus pollutus est terra, cuius  
ego scelera visitabo. Et paulò inferius, Nõ fa-  
ciatis ex omnibus abominationibus istis, om-  
nes enim execrationes istas fecerunt accola ter-  
re, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.  
Ergo manifestè declarat prohibitionè il-  
lam fuisse iuris naturalis: aliàs gentes soli  
iuri naturali subiectæ, minimè sceleris &  
abominationis arguerentur, quod in gra-  
dibus ibi prohibitis contraxerint. Secun-  
do, quia ratio, quod tradit Deus in his præ-  
ceptis, ad rationem moralem pertinet. Nã  
eam causam assignat, ne reueletur turpitu-  
do perforanum in his gradibus attingenti.

Quæ quidem ratio moralis est pertinens  
ad prohibitionis matrimonij decentia, vt  
docet. D. Tho. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. corpo-  
re. Et confirmatur, quia in singulis præcep-  
tis de gradibus illis repetitur turpitu-  
do: quasi id iure naturali turpe sit. Tertiò, quia  
illa præcepta non sunt cæremonialia, vt cõ-  
stat: nec etiã iudicialia. Cùm hæc sint quæ  
reddunt vniciq; quod suum est, ac paces  
conciliant: ad quæ illa non videntur perti-  
nere. Sunt igitur moralia, ac proinde obli-  
gabunt in lege Euangelica. Et confirma-  
tur, quia. D. Aug. lib. 3. q. in Leuiticum. q.  
53. aliàs. 65. videtur prohibitionem illã gra-  
duum leuiticam ad decalogum reducere  
tanquam in eo præconceptam. Quartò, ex  
c. de infidelibus, de consang. vbi Innoc. 3.  
desinit in fideles sceddum veteris legis in-  
stituta matrimonium coniundos separãdos  
non esse post conuersionem ad fidem. Er-  
go à contrario sensu sentit separãdos esse,  
si contra illius legis præscripta coniun-  
di sint. Et idè Innoc. III. c. literas, de re-  
stit. spoliat. vers. sanè circa, expressè ait in  
gradibus consanguinitatis diuina lege pro-  
hibitis Papam dispensare non posse: vbi